

Folium eliii

bare. hoc est impossibile nos non exaudiri a christo et beato spiritu. quia ihesus christus est pater et frater noster. et homo gloriosa soror et mater. primo natus. pbare ex homel. q. dicit beatus Gregorius super hoc euangelium Liber generationis etc. Ipse enim est factor et pater omnium in se credentium. sed quia nos in eum credimus. igitur pater noster est. Item patet ex euangelio. quod discipuli ignorantes quid deberent orare. Iesus dixit pater noster orabitis. Item alibi in euangelio. dicitur. accessit nobis inuocantibus orare vocare patrem. modo in proposito ihesus est filius dei et deus est pater et nos filii eius. et igitur christus frater noster est. Maior tenet ex veritate fidei. Minor patet ex oratione dominica quam ponit euangelista mattheus pater noster qui es in celis. Deum pbare quod beatus Gregorius sic dicitur et soror nostra. Et primo quod mater. quia genuit christum fratrem nostrum. quare mater totius ecclesie nuncupatur etiam ipsa est soror nostra. quia est filia dei cuius nos filii sumus. quia autem sit filia patris per prophetam dicentem. Audi filia et vide. si igitur beatus Gregorius est mater et soror nostra rationabiliter est quod intercedat pro nobis et etiam ipsam diligenter imploremus.

Audes crucis attollam⁹ nos

quod crucis exultamus speciali gloria

Dulce melos tangat celos dulce lignum

dulci dignum paginamus melodia Vocis

vita non discordat. dum vox vitam non re-

mordet. dulcis est symphonia

et cetera. prima adhuc in duas diuiditur pres. primo hortatur nos ad laudes sancte crucis simpliciter. secundo facit idem mora salutatio. secunda ibi. serui crucis etc. dicit primo sic. Nos christiani (attollamus). id est. eleuemus (laudes crucis). id est. sancte (qui exultamus). id est. gaudemus (speciali gloria). id est. de specialia gloria crucis (dulce melos). id est. dulcis carus (tangat celos). id est. penetrando ipsos et ad aures dei pueniendo. quia nos credimus (dulce lignum). id est. sancte crucis. id est. dignum (dulci melodia). id est. carum (vita). id est. operatio nostra (non discordet). id est. contrariet sed potius concordet voci sancte nostre qua laudamus sanctam crucem (dum vox). id est. carus vel orationis (non remordet). id est. redarguit vitam et si hoc in nobis fuerit est dulcis symphonia. id est. dulcis vocalis concordia. Notandum sancta crux dupliciter commendatur seu cognoscitur. scilicet. quantum ad eius materiale et etiam formale et vtraque cognitio plena refulget miraculo. vnde quantum ad esse materiale adhuc dupliciter cognoscitur scilicet in dispositione et effectu. In dispositione legimus enim in passionali quod cum adam moriturus esse misit filium suum ad angelum custodem paradisi ut daret ei lignum scie boni et mali in quo peccasset et angelus dedit sibi ramum. cum enim filius portasset ramum versus ad modicam distantiam a patre. pater eius mortuus erat. et cum venisset et eum mortuum inuenisset plantauit ramum super sepulchrum patris eius. et transactis multis temporibus cum salomone edificaret templum domini abscessa fuit arbor illa. sed non potuit ad aliquam partem templi applicari ideo posita in transitu super flumen postmodum venit regina de sabba cum donis et muneribus volens audire sapientiam salomonis videns hoc lignum noluit pedibus transire per hoc lignum eo quod cognouit redemptorem passurum in hoc ligno. quod percipiens salomone hoc lignum super praeterea tanquam fecit suspendi ut homines introeuntes templum necessitate compulsi ob

Audes crucis attol-

lamus. hoc est aliud ca-

ticum cuius materia tangit

dignitate sancte crucis. in les-

cunda commendatur sanctam cru-

cem typice quantum ad figu-

ram eius. in tertia pre di-

rigit petitiones ad sanctam

crucem. secunda ibi. hec est scas-

la. tertia ibi. o crux lignum

g ij